Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia latina, Fragment - Cod. Gengenbach 5

[Oberitalien], um 800

[Karolingische Minuskel]

urn:nbn:de:bsz:31-140302

Visual Library

IV Reg 9,16 Ioram enim egrotabat ibi; Et achazias rex iuda des-
cenderat ad uisitandum ioram; Igitur specula-
tor qui stabat supra turrem iezrahel uidit glo-
bum hieu uenientis. & ait; uideo ego globum. Dixitque
ioram; tolle currum & mitte in occursum eorum.
Et dicat uadens; rectene sunt omnia. Abiit igitur qui
ascenderat currum in occursum eius. Et ait; haec dicit
rex pacata sunt omnia. Dixitque hieu; quid tibi et paci.
transi & sequere me; Nuntiauit quoque speculator di-
cens; Uenit nuntius ad eos. & non reuertitur;
Misit etiam currum equorum secundum. Uenitque
ad eos & ait; haec dicit rex numquid pax est. Et ait hieu;
quid tibi & paci. transi & sequere me; Nuntiauit
autem speculator dicens; Uenit usque ad eos. &
non reuertitur; Est autem incessus eius quasi incessus
hieu filii namsi; praeceps enim graditur;
Et ait ioram; iunge currum; iunxeruntque currum eius;
egressus est ioram rex israhel & achazias rex iuda sin-
guli in curribus suis; egressique sunt in occursum hieu.
Et inuenerunt eum in agro naboth iezrahelitae;
Cumque uidisset ioram hieu dixit; pax est hieu? At ille
respondit quae pax? adhuc fornicationes iezabel
matris tuae & ueneficia eius multa uigent; Conuer-

9,32 est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo uel tres
eunuchi; At ille dixit eis; praecipitate eam deorsum;
Et praecipitauerunt eam. Aspersusque est sanguine pa-
ries & equorum ungulae. qui conculcauerunt eam;
Cumque ingressus esset ut comederet & bibissetque;
Ait ite & uidete maledictam illam & sepelite eam quia
filia regis est; Cumque issent ut sepelirent eam
Non inuenerunt nisi caluariam & pedes & summas
manus; Reuersique nuntiauerunt ei; Et ait hieu;
sermo domini est quem locutus est per seruum suum
heliam thesbiten dicens; In agro iezrahel come-
dent canes carnes iezabel. Et erunt carnes
iezabel sicut stercus super faciem terrae in agro
iezrahel. Ita ut praetereuntes dicant haecine
est illa iezabel. Erant autem achab LXX filii
in samaria; Scripsit ergo hieu litteras & misit
in samariam ad optimates ciuitatis & ad maio-
res natu & ad nutricios achab dicens; Statim
ut acceperitis litteras has qui habetis filios
domini uestri & currus & equos & ciuitates
firmas & arma; eligite meliorem & eum
qui uobis placuerit de filiis domini uestri &
ponite eum super solium patris sui & pugnate

10,10 [illegible] firmamentum [illegible]

[illegible]

domo achab et iezrahel et cunctis [illegible]

[illegible]

fec [illegible]

[illegible]

[illegible] end [illegible]

[illegible] eos hic ister malum tacuit [illegible]

[illegible] duos viros [illegible] nont et [illegible]

[illegible] quam; Cumque habissent inde [illegible]

[illegible] filium recab in occursum sibi et

[illegible] Numquid [illegible] est cor tuum

[illegible]

[illegible] ponitur [illegible] suo

[illegible] iam; [illegible] transisset [illegible]

[illegible] cibus sunt; Ingressi sunt [illegible] et ceteri [illegible]

Dixitque [illegible] quod [illegible] placuerunt [illegible]

[illegible] et [illegible] ac [illegible] omnibus [illegible]

[illegible]

[illegible] accusant [illegible]

[illegible]

[illegible] opera que erant in corde [illegible]

generationem achab. Filii tui usque [illegible]

generationem sedebunt super th[ronum] [illegible]

Israel [illegible] cordis [illegible]

[illegible]

plagam [illegible]

[illegible] quae [illegible]

1013